IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Seite 173
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

temptationis. culmen pfectionis. merctum
consummationis. De hoc gyro sapientia
loquitur: Gyrum celi circuiui sola. et in fluc
tibus maris ambulaui. in omni gente. et in
omni pplo primatum tenui. supborum et
sublimium colla, ppria uirtute calcaui.
Gyrum enim celi sola circuit. quia in cicum
conuersionis dei sapientia disponit. In
fluctibus maris ambulat. cum in medicta
te, pbationis uentos et tempestates tempta
tionum sedat. In omni gente et in omni
pplo tenet primatum. cum in pfectionis
fastigio. genti uiciorum. pplm sup ponit
uirtutum. Supborum et sublimium colla.
, ppria uirtute calcat. cum rebelles impetus
carnis pseuerantie uirtute domat. et car
nem spiritui humiliat. Hinc iosue iam
longeuus et senilis etatis esse describit.
quia tunc filio dei uerus honor exhibet.
qui senectuti debetur. cum eius timor et
amor in mente suscipitur. Postquam terta filius
israel diuidit. postquam interioribus sensib'
exterioris sensus subiecit. Postquam terram
filius israel diuidit. postquam actiuam et con
templatiuam uitam suis electis tribuit.
Postquam terram filius israel diuidit. postqm
in actiua et contemplatiua uita pfectus.
sancte scripture intelligentiam expandit.
Secundum quod dnis imperarat. cum deus
pater ad redemptionem mundi per sue
incarnationis mysterium
diuigebat. Iosue omnem israelem uocat. eu
filius dei insubiectis sibi spiritibus. et carni
sensibus. omnem uirtutu exercitum congre
gat. Maiores natu uocat. cum prudentia
muitat. que maiores natu exornat. Princi
pes uocat. cum iusticiam roborat. que pn
cipes commendat. quia iusticiam et iudicium
ppparationem sedis esse psalmista pnuntiat. Du
ces uocat. cum fortitudinem fundat. que du
ces ad pugnam animat. Magistros uocat. cu
temperantia donat. que magisteriu discreti
onis dictat. Ad eos dicit. cum his uirtutum
ducibus. p spiritum sanctum benedicit. Ego
senui. quia timorem meum uos docui. et pgres
sioris sum etatis. quia spiritum uobis dedi mee
carnatis. Uosq; cernitis. qui mundatos cordis
oculos gestitis. qui lumen intelligentie spirita
lis possidetis. Omnia que dnis ds uester fecit.
que deus omnipotens p spiritum timoris mi
rabilia in uobis ostendit. Cunctis p circuitu
nationibus. interioribus et exterioribus uris
sensibus. Quomodo, p uobis ipse pugnauit.
quom p spiritum pietatis. seutum sue defensi
onis. uobis contra impetum uiciorum obtende
rit. Et nunc. quia uobis sorte omne terram di
uisit. quia precio mei sanguinis. uel uirtutu
eminentiam. uel scripture intelligentia uo
bis distribuit. Ab orientali parte iordanis.
usq; ad mare magnum. ab illuminatione
baptismatis. usq; ad eterne remunerationis
brauium. qd designatur p mare magnum.
, ppter immensitatem gaudiorum. Multeq;
adhuc supsunt nationes. quia in hac uita
restant magne uiciorum temptationes. Dnis
deus uester eas disperdet. quia p spiritum sci
emie uiciorum pestes expellet. Et a facie
uestra eas auferet. cum p spiritum fortitudi
nis aduentu uirtutum uicia conteret. Terta
possidebitis. quia p spiritum consilii cunctis
sensibus carnis psidebitis. Sicut pollicitus est
uobis. quando dixit parentibus illis primis.
Crescite et multiplicamini. et replete terram.
et subiicite eam. SEQVITVR.